

sit? Sed hunc vivum mittamus, & Deum precemur ut & nostri misertus & illius, det ut in statione cuiquam nostrum divinitus assig-
nata, naviter Dei consilio obediamus. Deum
oro ut tibi & tuis omnibus clementer adsit,
salutaria consilia suggerat, & eventus placi-
dos concedat. Magnifico Domino Parenti
tuo, fratribus & sororibus, salutem plurimam
precor, & felix auspicium non hujus solum
ineuntis, sed etiam omnium vitæ vestræ an-
norum. Quæso ut de Repub. & de Ecclesia,
(e) si quid ἀξιόλογον habes, prescribas. De
Nuptiis tuis nihil audio. Si quid est, fac ut
intelligam, ut bene precari possim. Doctori
Lazaro Koetzlero, amico mihi caro pluri-
mam salutem dico. Bene vale 4. Jan.

*Scripsi vernaculo sermone parvum libellum con-
solatorium, in gratiam Civium, quem libenter
tibi misissim: sed puduit onerare D. Gipha-
nium. Bonus Vir Melchior Schlauderspa-
chius hic ad nos redire cupit, ut ex literis ejus
collegi. Hottomannus Mombelgardii hæret.*

Qui te tuosque vere diligit.

J. Grynæus.

EPI.

(e) videmus ex his verbis solicitudinem Grynæi de
Republ. & Ecclesia præcipue, quæ tamen frustra-
nea erat.